

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1549. usque ad annum 1551 - ... Atque Tabulis  
Chronologicis Ab Anno Christi 1000 Usque Ad 1595 ...

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1770**

**VD18 90118537**

§. 127. Angli profligati Hedinam ultro cedunt.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66584](#)

curam Castillonio relinquere cogebatur. Sæcul. XVI.  
Hic urbem usque ad autumni tempus A.C. 1549.  
continuato studio quatiebat, cum vero  
procellis assidue effusis obsidionis diffi-  
cultas indies cresceret, ac hyemis aspe-  
ritas jamjam ingrueret, omnes urbis  
aditus milite cingere, omnemque com-  
meatus invehendi opportunitatem præ-  
cludere constituit.

### §. CXXVII.

#### *Angli profligati Hedinam ultro cedunt.*

**I**nsuper in Scotia Anglorum res mul- *Thuan hist.*  
tum erant inclinatæ; Thermus enim, *lib. 6. in 3.*  
quem Franciæ Rex eo decreverat, an- *in fine.*  
te hyemis initium Brugshtensem ar-  
cem occupavit, ac præfidiarios ferme  
omnes jugulari præcepit. Sub idem  
tempus Angliæ Senatus plures, qui in  
Meridionalium Provinciarum finibus  
præerant, urbium Gubernatores com-  
mutavit, cumque Bowerus Eques ac-  
cufaretur, quod anno priori Hedinensi  
urbi suppetias ferre neglexisset, in ejus  
locum subrogatus est Dacresius Nobilis,  
nec minus Ruthlandus Comes supre-  
mum exercitus Imperium suscipere ju-  
bebatur, exauktorato Graio, eo quod  
Gallorum fugam in rem suam vertere  
prætermisisset: igitur Ruthlandus infe-

E 3

ftis

**Sæcul XVI.** istis armis Scotiam invadens Hedinam  
 A.C. 1549. omni annonæ, armorumque apparatu  
 instruxit: cum vero Germani, atque  
 Hispani, quos in suo exercitu numera-  
 bat, cæderentur, horumque primi om-  
 nibus sarcinis essent exscoliati, reliqui  
 ferme omnes trucidati fuere, eorumque  
 Dux jure belli captus abstrahebatur.  
 Angliæ Senatus spectatis hisce rerum  
 vicissitudinibus seria mente perpende-  
 bat, quod partam Hedinensem urbem  
 ægre admodum, ac non sine immensis  
 ferme sumptibus tueri possent, omni-  
 busque circum vicinis agris penitus de-  
 vastatis præsidiarii duntaxat ex Anglia  
 commeatus copiam habere valerent, ea  
 autem inde plusquam triginta milliari-  
 bus distaret, hinc Senatus hanc urbem  
 hosti ultro cedere decrevit, idque die  
 prima Octobris effectui dedit, unde  
 Thermus vix illius obsidionem parabat,  
 cum eidem quantocius nullo ferme ne-  
 gotio traderetur.

## §. CXXVIII.

*Anglorum molimina ad armorum So-  
 cietatem cum Cæsare ineundam.*

**R**ebus undique turbatis unicum An-  
 glis subsidium superesse videbatur  
 in Carolo V. Cæsare, unde de pangendo  
 fœdere agi cæptum est, quantum-  
 vis